In patriam rediere ſuā; ſic noſ quoq; ſcām
Si cupimuſ patriam tandem contingere· poſtquā
Venimuſ ad xpm· Iam non repetamuſ iniquum·

DE INFANTIB; QUOS HERODES OCCIDIT·

Ergo ubi deluſum ſe comperit impiuſ iram
Rex aperit· ſiuire queat rex ille uocari·
Qui pietate caret· propriam qui non regit iram
Ereptuq; gemenſ facinuſ ſibi· ceu leo frendenſ
Cuiuſ ab ore tener ſubito cum labitur agnuſ·
In totum mouet arma· gregem manditq; trahitq;
Molle pecuſ· trepideq; uocant ſua pignora fetae
Ne quiquam· & uacuaſ implent balatibuſ agraſ;
Haud ſecuſ herodeſ xpo ſimulatuſ adempto·
Sternere colliſaſ paruorum ſtrage cateruaſ
Inmerito non ceſſat atrox· quo crimine ſimplex
Turba perit cur qui uix dū potuere creari
Iam meruere mori? furor ē in rege cruento
Non ratio· primoſq; necanſ uagituſ & audenſ
Innumerū patrare nefaſ· puerilia mactat

License: cc-by-nc – St. Gallen, Stiftsbibliothek St. Gallen, Cod. Sang. 1395, 464 – Sedulius, Carmen paschale (https://fragmentarium.ms/view/page/F-0lt6/4947/48044)